

Minorum Judice ordinario causarum civilium Massignani pro Tribunali

sedente super scabello ligneo in loco, de quo inferius dicendo, quem locum ad hunc actum tantum pro suo Tribunali elegit, et deputavit, meque notario,

ac testibus infrascriptis & coram quo sic sedente, dicta comparrens (median-te me notario infrascripto) breviter exposuit fuisse nuptui traditam per Franciscam Uxorem dicti quondam Francisci Laureti, et Dominicum Antonium ejus matrem, et fratrem germanum cum Josepho Joannis Baptiste

Fini supradicto, et cum promissione Dotis unius petij Terre vineati, siti in hoc Territorio, in contrada Pocelle, et Domus, site intus in

hoc loco, in contrada à pede vie medij eo modo, et forma, quo ipsi illa possidebant, et quia super eis insortum est debitum scu-

torum septem cum dimidio monete pro residuo scutorum triginta ad favorem Francisci Marini de eodem, quos idem mutuo dedit

dicte Francisce, et Dominico Antonio, prout sub rogitu Domini Francisci de Ciriakis notarij publici huius loci, ad quem & causa monacandi

Mariam Jacobam Sororem Germanam dicte exponentis, à quo Francisco *Marini* venit molestata, et exp.s gravata dicta eius mater super dicta

Dote ipsi promissa, et non habens modum, nec commoditatem illa modò solvendi eidem Francisco Marino, deliberavit una si-

mul, et in solidum cum dicto eius Viro ad annum, et perpetuum Censem accipere scuta decem monete sortis principalis, et factis multis

diligentijs illa inveniendi, ultimo invenit Reverendum Dominum Joannem Possentem de Possentibus de eodem loco Massignani ea tradere

sibi volentem ad rationem octo pro centenario, et anno, dum-

modò in Instrumento Impositionis dicti census accedat dicta comparrens, que sponte accedere intendit, cum quibus ipsa intendit, non so-

lum satis facere dicto Marino dicta scuta septem cum dimidio, verum etiam residuum erogare in emptione frumenti, causa victus,

aliarumque Domesticarum necessitatum, illaque imponere, et fundare